

regina Carmeli, cui datus est decor Carmeli, cetera eius nomina veluti recapitulentur; inde prae ceteris excelsus, ac sublimius eminet.

54. Dicitur de sanctissima Virgine: Datus est ei decor Carmeli: Per Decorem, intelligitur omnis excellentia, magnitudo ac magnificentia sicut illud Psalm 92. n. 1. Dominus regnavit, decorem induit est. D. Bernard, Arnold, D. Ambrosius apud Lorinum dicunt, quod ibi decor denotat omnium virtutum splendorem, ac totius bonitatis ornatu. Et inde communiter Sancti Patres citati legunt, Decorem induit transferunt: splendorem, celsitudinem, magnificentiam, & dicitur, quod Decor Carmeli, datus sit Virgini; quia ut exponunt D. Hieron. Carthusian. Lyran. & alij, Carmelus erat mons fecundissimus, ita ut omnibus floribus, arboribus, plantis, rosis, plantanis, palmis, cinnamomo, & alijs, quae per alios montes dispersa habebantur, Carmelus fecundabatur; de quo multa Iosephus lib. 9. Antiquitatum. Unde merito alia nomina sanctissimae Virginis Mariae, quae per varia symbola designantur, in decore Carmeli denotantur, ac veluti in candelario recapitulatur, de hoc plura dixi tom. 3. in Evangelia, cap. 2. q. 1. 7. 2. 8. 29. 30. tom. 2. in Apocalyp. cap. 2. q. 4.

Carmelus omnes flores & plantas producat.

Lucerna accensa non abscondenda.

Luc. 11. n. 33. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed super candelabrum; ut qui ingrediuntur, lumen videant.

VERSIONES.

Persicus Non convenit, ut quisquam lucernam accendat, & eam occultet, aut sub amphora, hydriave ponat; sed in alto, aut candelabro ponat.

Syrus. Et in abdito ponit. Tertull. Et in abscondito proponunt. Aethiopic Ut videant splendorem intrantes

ALTER TEXTVS.

Matth. 5. n. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

Marc. 4. n. 21. Et dicebat illis: Nunquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Non ne ut super candelabrum ponatur.

Luc. 8. n. 16. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut sub lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.

EXPOSITIO I.

Tota difficultas huius rei est, in connectenda hac parte parabola cum superior doctrina tradita à D. Luca in hoc cap. 11. in quo postquam Christus d. reprehendit, & arguit Scribas, & Phariseos calumniantes ejus miracula, quod in Beelzebub egeret demonia; & insuper signum de caelo quaeiebant; inde dominus ostendit radicem, ac originem tantae eorum nequitiae: Non lucernam accendit: Ac si Christus dicat: Vos Pharisei, ac Scribae, dicitis vos habere lucernam, scientiam, nempe, ac cognitionem Scripturarum, & ponitis sub modio: seu in abscondito, invidiae, odij ac iniquarum pravitatum involuero, ut explicat Theophylactus, eam scilicet scientiam ponitis, & absconditis, tanquam sub modio. Sed super candelabrum: Albertus Magn. proprium ejus retinaculum: Cum res sunt in suo ordine proprio, ac loco, tunc optime faciunt suas operatioes. Super Candelabrum: hoc est, lucerna mentis in sua propria, & sincera intelligentia libera ab omni terreno affectu; vel ut explicat Carthusian. Hugo. In candelabro sunt septem lucernae, quae significant septem Spiritus Sancti dona; quibus, verum lumen Christus Iesu agnoscitur: Ut lumen videant, Christum filium dei, qui de se ait Ioan. 8. n. 12. Ego sum lux mundi; & iterum Qui sequitur me, non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitae: & iterum. Ego sum lux mundi: ut qui domum Ecclesiae ingrediuntur, lumen Christum videant ut non se inventiant in tenebris ut exponit Caietan. Exactam expositionem Textus vide tom. 2. in Evangel. cap. 11. n. 131. 132.

55. Connexio capitis.

Theophyl.

Alb. Magn. Res in suo loco optime agit suas functiones.

Ioan. 8.

Caietan.

QUESTIO XI.

Quare Christus D. Hanc sententiam de lucerna non abscondenda tripliciter repetit?

Tripliter Christus D. Hanc sententiam repetit, ut patet ex praesenti Textu D. Lucae, & ex textu citato D. Matthaei, ac Marci, & etiam ex textu Luc. 8. Vi inde non vereatur praedicator eandem sententiam repetere: si hoc necessarium, vel conveniens fuerit. Sic & Ioannes Evangelista frequenter inter suos discipulos repetebat illam sententiam: Fratres diligite alterutrum.

56. Saepe corripit multa repetere.

57. Matth. 5.

Primo: hanc sententiam Dominus protulit, postquam discipulos suos in monte, lucem mundi, salem terrae appellavit. Tunc subdit Matth. 5. n. 15. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: seipsum lucernam ibi intelligens, qui venit in mundum, ut positus in candelabro Ecclesiae omnibus luceat, omnes illuminet per se, & per suos discipulos; & inde cum ipse sit lucerna, suos dicit lumen mundi, quia lucis splendorem, qui in ipso est, non in se tantum retinuit, sed suis accedentibus ad se communicat, ac in eos diffundit. Ait Ioan. Apocalyp. 21. n. 1. Vidi Civitatem novam, & terram

Christus suis communicat.

terram novam. Apparet Ecclesia tanquam caelum novum, juxta communem sententiam: Et in quo se ostendat caelum novum; in eo quod in ipsa Ecclesia fulgeant multi Soles: Nostrum commune caelum, unam tantum habet Solem: Et quid magis novum, quam quod multi Soles appareant in caelo siquidem novum caelum Ecclesiae, quod est in Christo, non reducitur ad unius Solis angustias, sed tot sunt sub Christo ad unius Solis angustias, sed tot sunt sub Christo Soles, quot Iusti: Nam cum ipse sit verus Sol iustitiae: suos etiam facit Soles: De quibus ipse ait. Vos estis mundi lumina: D. Gregorius Nyssenus homil. 13. in Cantic. ait: Non solum hoc novum est in illo novo rerum opificio, quod magnam siderum multitudinem in eo condidit Verbum: sed quod etiam multi Soles erantur, qui bonorum operum radiis Orbem illustrant: sic enim ait is, qui Soles ejusmodi condidit: fulgebunt iusti tanquam ipse Sol. Iusti etiam Soles sunt.

D. Greg. Nyss.

68.

Luc. 8.

Bona coelestia omnibus communicanda. Scaccia.

Actor. 7.

Caietan.

Gen. 12.

D. August.

D. Chryl.

59. Luc. 11.

Actor. 6.

Secundo, Repetit Dominus hanc eandem sententiam post explicationem parabola de femine in diversis terrae partibus eadente; tunc adijunxit haec verba Luc. 8. numer. 16. Nemo accendens lucernam, operit eam vase, &c. significans se esse lucernam accensam, quae omni lucem dat, sermonemque ipsius, ac doctrinam tradendam esse bonis, & malis, in omnes spargendam, ac disseminandam, in unoque loco non coarctandam, sed in omnes diffundendam. Sic ait Seneca de Tranquillo, cap. 2. Magno animo nos, non unius orbis manibus conclusimus, sed in totius orbis commercium emisimus: Patriam nobis mundum professi sumus, ut liceret latorem virtutibus campam dare. Abrahamum trahit Deus à patria, & domo sua, de quo agens D. Stephan. Actor. 7. num. 2. ait: Deus gloriae apparatus Patri nostro Abrahae, &c. Magis fundamento Sanctus Levita hic Dominum Deum gloriae appellat, ut ostendat, Caietan. Authore, Deum hic se maxime gloriosum ostendisse; cum ei mandat: Egredere de terra tua. Genes. 12. numer. 1. Et quoniam consilio: Abrahamus erat praecleara & magna lux illius saeculi, ut testatur de eo D. Augustinus de Civitate Dei. Noluit ergo Deus, ut tanta illa lux clauderetur sub modio Chaldaeae gentis; sed ut in varias partes lux illa diffunderetur. D. Chrylostomus homil. 32. ait: Quasi luminare quoddam, hominem, qui in Chaldaea lucerna illius evocavit, ut eos qui in errorum tenebris sedebant, ad virtutis viam introduceret. Et tunc se Deum gloriae appellat, maxime in hoc ostendens gloriam suam, quia illius omnes participes facit.

Tertio, Hanc eandem sententiam replicavit Dominus in hoc praesenti Textu Lucae contra calumniatores, & signa querentes; ut denotaretur causa, ac radix, à qua talia eorum dicta proveniebant, quae Phariseorum mens lucerna erat sub modio invidiae, ac odij obscurata, & obtenebrata, ut verum sapientiae lumen Christi non agnoscerent, sed potius calumniis, & opprobriis insurgent in eum. De Stephano dicitur Actor. 6. u. 10. Quod cum esset plenus gratia, ac fortitudine, qui in concilio erant, non poterant resistere sapientiae, & spiritui, qui loquebatur. Et tanta sapientia, ac virtute replebatur, ut dicitur, quod inveniunt eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt Sylicem in Evang. Tom. VI.

faciem ejus, tanquam faciem Angeli: Ibidem n. 15. Et quid deinde factum, quod ut blasphemum eum judicant, & concennant; Et eicientes eum extra civitatem lapidabant eum: Actor. 7. num. 58.

In quo multa altè indagine veniunt inquirenda: Si facies Stephani radiabat tanquam facies Angeli Dei, quomodo eum damnant ad mortem tanquam si haberet diaboli vulvum Deum blasphemantis; nam blasphemans Diaboli membrum est; odium, & invidia, quae invidia An- Judaei ardebant in eum, sic radiantem faciem Angeli abscondebatur, ut tanquam in diaboli apparentiam blasphemantis transmutaret in eorum oculis; Et non poterant resistere sapientiae, & spiritui, qui loquebatur. Sapientia, & spiritus quo erat plenus, eos aperte convincebat ex Scripturis, in raculis, & signis, ac alijs notis, demonstrans Christum Jesum esse verum Messiam, ac obis Salvatorem: Quod deinde, cum ex tanta sapientia essent convicti, nunquid eorum suum deponerant, & veritatem agnoscebant? Minime. Sed tunc magis in suo errore obstinati, & mente eorum invidia obturata, ac obtenebrata, falsos testes convocant, ut eum ad mortem trahant. D. Chryl. Chrylostom. homil. 15. in Acta, ait: Per signa in invidiam non solum moventur, sed quoniam legis cognitione, superior erat, illisque intolerabilis, falsos quoque testes constituunt: Et magis ad item, Lapidabant eum: Si Stephanus tantum gloriabatur de Christo crucifixo, cur etiam simili crucis morte eum non efficiant, sed lapidibus jactis eum interficiant? Sic sua perfidia pertinaces, ac excecati, obdurati sunt, & ideo ejus faciem respondentem veluti Angeli Dei, ejusque doctrinam, tanquam lucernam accensam fulgurantem obscurare, & lapidibus opprimere saeperunt, ut acervo lapidum super eum congesto, tanquam sub modio tantam lucem, ac splendorem absconderent, & occultarent, ut à nemine videretur.

60.

Odium, & invidia Angeli facti videri debent.

Adium nulli evidenti acquiescit.

D. Chryl.

Sapientia Stephani fulgens inter alios obscurari, & occultari.

QUESTIO XII.

Quid hic per lucernam intelligatur?

Variæ sunt in hac re Patrum sententiae, quae hic sunt apponendae, & examinandae. Primo D. Ambrosius lib. 7. in Lucam ait: Lucerna fides est, juxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine. Verbum Dei, fides nostra est; lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit; unde, & virtus nostra mentis, & sensus accenditur, ut aratrum illa possit, quae perierat reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat. In quibus S. Doctor duo videntur significare. Primo, quod lucerna mentis nostrae sit fides, quae accenditur, & manifestatur lumine bonorum operum; nam fides sine operibus abscondita, & mortua est; & etiam docet S. Pater, quod haec fides non sit ponenda sub modio, id est, non sit coarctanda lege illa veteri; sed quod sit transferenda ad Ecclesiam, ac Evangelium, ut cuncti Ecclesiam ingredientibus verum lumen Christi videant; tamen licet haec sententia apia sit ad mores, non

61.

D. Ambros.

Fides sine operibus mortua.

Non 2.



non tamen exacte explicat sensum hujus parabolæ, & connexionem cum superioribus de signo Jonæ.

61. Beda. Secundo, Beda ait: De se ipso Dominus hic loquitur, ostendens, esse supra ceteros nullam generalem nequam, nisi signum Jonæ Prophete dandum: nequaquam tamen lucis sue claritatem fidelibus occultandam. Ipse quidem lucernam accendi; qui restam humana natura flamma sua divinitatis implet, quam profecto lucernam, nec credentibus abscondere, nec modis supponere, hoc est, sub mensura legis includere, vel intra unius Judaee gentis terminos voluit cohibere: sed supra candelabrum posuit, id est, Ecclesiam; quia in nostris frontibus fidem suam incarnationis afficit. Christus D. altam suam sapientiam res disponit, & ordinat juxta uniuscujusque capacitatem, generalem nequam: ac incredulis dat signum Jonæ prophete, scilicet, suae passionis ac mortis, quae efficacissima est ad subjicienda humana corda; Sic ipse dixit. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum: Joan. 12. num. 32. At verò fidelibus, utpote majoribus, ac capacioribus dat lucem altissimorum mysteriorum, suae nempe Incarnationis, ac unionis Divinitatis cum humana natura; ac aliorum mysteriorum; majora dantur maioribus, minoria verò minoribus juxta uniuscujusque capacitatem dona, ac talenta distribuuntur. Sic Judaeis pastoribus fidelibus datur illustrissimum signum, Angelus magno splendore fulgens, ac nitens, Christi nativitatem ore, ac sermone annuntians, Natus est vobis Salvator: Luc. 1. num. 11. Magis verò, utpote gentilibus, inferius signum, scilicet, nempe tenui scintillans luce, Christum natum sine sermone, ac ore annuntians; quod notat D. Gregorius Magnus homil. 10. in Evangel. & ait: Quia videlicet Judaeis tanquam rationale vivens rationale animal, id est, Angelus praedicare debuit; Gentiles verò, qui ratione uti nesciebant ad cognoscendum Dominum, non per vocem, sed signa producuntur. Hæc sententia licet optime inserviat ad mores, non tamen recte cohæret cum signo Jonæ, ac cum superiori data doctrina.

Christi passio efficacissima ad trahenda corda.

Joan. 11. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum: Joan. 12. num. 32.

Juxta uniuscujusque capacitatem dona, ac talenta distribuuntur à Deo

Luc. 2. D. Gregor. Magn.

6. Tertio, Glossa Interlinealis D. Cyrillus Albertus Magnus, Cathusianus, Hugo per lucernam intelligunt Christum D. & sic hi Anathores connectunt hanc sententiam cum superiori parte hujus Capituli; ac si Christus D. reddat rationem cur istis infidelibus, quos arguebat, non obstantibus eorum calamitatibus ac perveritatibus, ipse non desisteret praedicare, miracula facere; quia ipse, nempe, est lucerna succensa, non abscondenda, sed lucens omnibus utpote, posita super candelabrum Ecclesiae, nempe, sanctæ, ad universorum illuminationem. Sic dicitur per Isaiam 49. n. 6. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, usque ad extremam terram. Ut inde discamus, quod donum creditum à Deo, non sit a nobis abscondendum: Sic ait Paulus 1. Corinth. 12. n. 7. Unicusque datum manifestatio spiritus utilitatem: Et ad Ephes. 4. num. 11. Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios Evangelistas in adificationem corporis Christi: Hinc Dominus damnat servum, qui acceptum unum talentum abscondit fodiens in terra. Matth. 25.

Christus illuminat omnes homines

1. Cor. 12.

Ephes. 4.

Matth. 25.

n. 26. Maximè hanc sententiam incommodat, quod secundum eam metaphoram lucernæ, in eodem contextu, ac in omnibus partibus parabolæ non sit accipienda in eodem sensu, ac eodem modo; nam in sequenti versu: lucerna corporis tui est oculus tuus: conveniunt omnes, quod lucerna ibi accipiatur pro nostra mente, ac intelligentia: Ergo in antecedenti: Nemo lucernam accendit; pro intelligentia, ac mente nostra est accipienda, ut dixi in Expositione, & in presenti tenet Toletus, ut ita sensus parabolæ sit in omnibus suis partibus uniformis, & lucerna non accipiatur modo uno, modo altero; & ideo interpretatio data in expositione est legitima.

Impugnatur superior sententia, & vera apponitur.

Toletus.

Quartò: Moraliter Cardinalis Hugo; Doctrina sine vita, lucerna sine oleo. Prædicator est lucerna, qui ut luceat, & resplendeat, debet habere oleum vite, ac doctrinæ: Nam ut ait D. Bernard. adductus à citato Cardinali: Lucerna magniloqua & manus otiosa, doctina lucida, & vita tenebra, a, res est monstruosa. Pro quo vide multa in nostris libris verb. Prædicator. Quintò, Lucerna significat etiam Prælatos, de quibus dicitur: Vos estis lux mundi. Lucerna ponitur in candelabro quod constituitur in medio domus, ut æqualiter omnes illuminet, & æqualiter in quatuor angulos, ac in omnes lucem suam diffundat, ut æqualiter omnes intrantes domum, ac venientes ad se de ejus lumine ac luce participent, ut puro, ac sincero affectu, omnes respiciat, ac amplectatur, & ne amoris affectu aliquem plus suscipiat, aut odii causa aliquem excludat. Simon Cassianus lib. 8. Lucerna non ad se ipsam, sed ad alios est creata, & omnes accendentes ad se inderiminationem illuminiunt: Quod est optimum documentum ad omnes prælatos.

64. Hugo. Prædicator habeat oleum vite.

D. Bernard.

Prælati æquali affectu sint in omnes.

Simon. Cass.

Mandavit Deus Noë Gen. 6. n. 14. Facite arcam de lignis lavigatis; & recte habetur: De lignis quadratis. Omnia ligna quæ ad arcam fabricandam eliguntur sunt lavigata, planata, & decorticata, & quadrata cum æquali mensura ad omnes sui partes: & cur ex talibus ædificatur arca? In tali structura arca significabatur ibi ædificatio Ecclesiæ; cujus Prælati, seu ligna debent esse planata, ac lavigata sine cortice alicujus affectus, odii, vel amoris; & quadrata æquali mensura ad omnes sui partes, ad omnesque sui subditos. Origenes homil. 2. in Gen ait: Ipsi, scilicet Prælati, sunt, qui diversis tentationibus, ac affectibus dolati, reseratis omnibus vitis, & excisis quadratam continentem vitam, & ex omni parte ad omnes libratam.

65. Gen. 6. Græcus.

Prælati æquali affectu sint in omnes.

Origen.

De summi Sacerdotis veste, quia indutus ingrediebatur Sancta Sanctorum dicitur Sap. 18. n. 24. In veste poderis, quam habebat, rotas erat Orbis terrarum: ut ex veste admonitus pro toto Orbe exoraret; & cur non potius pro se, vel pro suis, vel pro sua civitate, vel regno, sed potius pro toto orbe? De Jeremia dicitur Machab. 2. c. 15. n. 14. Hic est, qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate. Cur etiam summus Sacerdos, ut Jeremias non orabit pro suo populo, & pro sua civitate? Jeremias cum esset persona particularis poterat habere particularem affectum, ut pro particulari populo, vel civitate exoraret. At Pontifex cum sit communis omnium Præsul, non privatim se agat pro

66. Sap. 18.

Machab. 2. c. 15.

Prælati non privatim se agat, sed pro omnibus sicut.

pro uno populo, vel civitate, sed publicè pro universo omnium cœtu. Philo lib. 2. de Monarch. ait. Judæus Pontifex non solum pro humano genere, verum etiam pro natura partibus præcatur, & gratias agit: Ac si dicat Pontifex, non stet pro uno hominum genere, sed pro universis naturæ partibus vices agat.

ditate exornat: sic & viri Evangelici, non inutiliter ac infructuosi sint in gressibus suis. Quod Ver præstat, hoc à viris ingenius exquiritur, ut in nullo loco appareant, nisi cum magna utilitate, ac magno fructuum proventu. D. Cyrillus ait: Ver apprens in montibus, quid efficit: ornat eos flore recenti, & ex sterilitate fecunditatem gignit, prout cujusque natura fert: prolapsa hyeme, Vel pulchrum in terra oritur, & cam nuricem florum reddit, maremque pulcherrimorum fructuum facit: Cujusmodi etiam de modis factum est.

D. Cyrill.

QUÆSTIO XIII.

Quare Dominus prohibet ne lucerna ponatur sub modio, seu in abscondito?

67. Mandat Dominus suis discipulis: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona. Matth. 5. n. 19. D. Chrysostom. homil. 5. ait: Ad ostensionem nos vivere, aique glorie amore subes? Minimè; sed ad aliorum utilitatem, & proventum. Sicut ait Apostolus Roman. 13. n. 12. Induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus: id est, induamur arma lucis bonorum operum, ut est communis vox interpretum: Sicut in die honestè: Græcus: Compositè: sicut solent homines in die compositè, & honestè ambulare, ut inde ex composito eorum vestitu alij ædificentur.

68. Tertull.

69. Magni viri utilitatem reddant.

QUÆSTIO XIV.

Quare lucerna accensa potius dicitur quod non sit ponenda sub modio quàm sub quacunque alia re?

Hanc questionem jam excitavi, & variis solutionibus resolvit nostro secundo tomo in Evangelia, cap. 11. q. 20 à num. 134 usque ad n. 139. Et quæ ibi dixi videnda sunt: Nunc verò doctrinæ gratia, aliqua hic addenda. Ait Dominus, quod lucerna non sit ponenda sub modio. Lucerna accensa charitatem inflammaram in proximis significat; & hæc dicitur, quod non sit ponenda sub modio; qui ad mensuram est inventus; quia charitas non debet coarctari sub brevi mensura; sed ad omnes est extendenda. Ait Regius Vates Psal. 118 n. 96. Latum mandatum tuum nimis: Et quodnam est hoc mandatum? Per antonomasiam Dei mandatum; de quo in Evangelio Joan. 13. num. 34. dicitur à domino: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem: dicitur Novum: opere peculiare domini mandatum, & latum ad omnes se extendens.

70.

Charitas ad omnes se extendit, omnesque amplectitur.

Psal. 118.

Joan. 13.

71.

Alb. Maga.

Secundò: Albertus Magnus. Modius, secundum usum est, quo solvitur census terrarum culturarum ad cultum: Secundum hoc sensus est, quod prædicatio non est ponenda sub precio: Sic ait apostolus Rom. 9. n. 18. Evangelium prædicans sine sumptu ponam evangelium, ut non abutar potestate mea; Qui enim ex prædicatione Evangelij sumptum, ac pretium temporale quaerit, aburitur officio, ac munere sibi dato à Christo. Nam ut ait Clemens Alexand. lib. 1. Stromat; sub initium: Prædicator hanc solam accipiat mercedem, eorum qui audiunt salutem; Unde illi, qui ex fructu suæ prædicationis, non salutem animarum, sed mercedem quaerunt, maximè deplorandi sunt. Ait Christus d. ad Phariseos: Va vobis Scriba, & Pharisei hypocrita; qui circumitis mare, & aridam; ut faciatis unum proselytum, Matth. 23. n. 15. damnat dominus tantum opera, & laboris, quod impendebat, ut unus ex gentibus ad Judaïsmum converteretur, ut nulli labori parcerent, sed mare, & terram circumirent. Cum hoc videretur laudabile, quia pro tunc, ac illo tempore ante Evangelium prædicatum poterat conducere ad hominis salutem; & hominem ad salutem adducere:

Rom. 9.

Clem. Alex. Prædicator non quaerat lucrum, sed salutem animarum.

Matth. 23.

Arabic.

D. Ambros.

69. De Vitis Evangelicis ait Isaias 52. num. 7. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem: Quæ verba sic legit noster D. Cyrillus Alexander. apud Cornelium à Lapide: Quam verni pedes Evangelizantium pacem: In operibus, ac gressibus magnorum virorum, ver simili udo exoptatur, ut enim post infœcundam, & inermem hyemem, fecundum vernum tempus apparet, quod cuncta mirâ pulchritudine condecorat, arbores, plantas, campos, floribus, foliis, pomis, ac nimia viri-